

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Veritas i
cum fontibus proximo et primo

Et usque in hanc horum, id est continue,
id est usque ad hoc tempus,
et esurimus, et sitimus, et nudi sumus;

libere enim et sine adulatione veritatem praedicantes,
et gesta pravae vitae arguentes,
gratiam apud homines non habent;
et colaphis caedimur, et instabiles sumus,
quia pro persecutione mutamus loca.

Petrus Lombardus, *Collectanea in epistolis D. Pauli*
– *in epistola ad Corinthios*, 4.10-14 (PL 191, col.1569A).

libere enim et iuxta fidem veram sine aliqua adulatione Christum praedicantes
et gesta pravae vitae arguentes
gratiam apud homines non habebant et colaphizabatur,
id est iniuriis agebantur, et instabiles erant, quia fugabantur,
ne in loco diu manentes plures docerent.

Ambrosiaster, *Commentarius in epistula ad Corinthios prima*, 4.12
(CSEL 81.2, H.I. Volsels ed., p.48, ll.4-8).

Libere enim et sine adulatione veritatem predicantes,
et gesta pravae vitae arguentes,
gratiam non habent apud homines.

Ambrosius in glossa super illud I. ad Corinthios III.:
Vos nobiles, nos autem ignobiles.